



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.  
Theologia Universa**

**Archdekin, Richard**

**Dilingae, 1687**

Caput XI. De Vsura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38477**

132 Tomi II. Pars II. Tr. V. C.XI. & XII. de Usura, Emptione, & Venditione

9. Si quis depositum Domino reposcenti remisit per hominem, qui vulgo fidus audiebat, ifque sibi reiuerit, vel perdidit, rem Domino perire censet *Molina apud Escobar, &c.*

10. Mutuans ad damnum farciendum obligatur in conscientia, si de rei vitio mutuatarium non monuerit.

Item, nisi par necessitas urgeat, rem mutuatam ante tempus repetere non potest.

11. Tenerit mutuarius præstare casum fortuitum mutuo evenientem, cum penes eum rei Dominum sit, & in eadem qualitate & quantitate eam suo tempore reddere debeat.

Non licet in vero mutuo, ullum lucrum accipere, quia esset usura, ut Cap. Seq. magis patet.

12. Mutuum dicitur à pignore, hypotheca, & locato, quod in his Dominum rei in alterum non transferatur cui ea oppigneratur, sed tantum usus, ut diximus de comodato & deposito, in mutuo autem cum usu Dominum transfertur. *Bonacina D.3. Quæst. 3. Part. 1. &c.*

## C A P U T XI.

### *De Usura.*

1. **U**sura est lucrum ex mutuo: tale lucrum est quiclibet pretio estimabile, quod supra sumptum capitalem præcisè ratione mutui exigitur. Hoc autem iniquum est, exigere lucrum pro re mutuata, quia non est amplius tua, sed aliena; quia rei mutuata Dominum transfert in eum, qui mutuum accepit.

2. Usura non est, si nihil ut premium mutuans intendat, sed ex gratitudine tantum aliquid speret, & ea intentione illi aliquid donetur, et si donationem illam ut finem intendat. *Mol. To.2. D.305. Num.6. C. Lugo. d. 25. &c.*

3. Usura tamen incurrit dum ultra sortem signatè aliquid exigitur tanquam ex benevolitia aut gratitudine debitum. Aliud enim est aliquid ex gratitudine sperare, aliud ut debitum exigere, hoc enim aliquam mutuam transfactionem præsupponere videtur.

4. Si des mutuum, ut te in alterius amicitiam insinues, usura non erit; imò nec si inde speres aliquid officium. Quia amicitia pretio estimatur.

5. Usurarium tamen est & illicitum pactum de officio aliquo obtainendo à mutuario, vel de ejus opera pro te impendenda: ita communiter Doctores cum *Molin. Leff. Salas. C. Lugo.*

6. Usura non est poscere aliquid ratione difficultatum vel expensarum, qua erunt, vel timentur in recuperanda sorte quæ mutuò datur: item ratione periculi in eadē recuperanda. Quia pretio estimatur potest quod quis se in talem difficultatem vel periculum conjiciat.

7. Nec est Usura pacisci & accipere aliquid ratione emergentis damni, cuius mutuum verè caula sit, aut cessantis lucri, vel cessaturi, modò de hoc ipso mutuarius præmoneatur: ut si cum pecunia tua quam alteri mutuaris, poteras & volebas negotiando quæstum facere.

8. Usura est, mutuare frumentum vetus cum obligatione ut restituatur novum certo tempore, siquidem qui dat mutuum sciat novum fore melius, & majoris pretii. *Sylvester, Navarrus, Trul. Diff. 15. Num. 11.*

9. Ex sententia communi usura est, si mutuum de ut postea ex debito civili obligetur mutuarius, ut mutuari vicissim, aut vendere, aut merces apud emere, aut operas suas tibi locare. Ejusmodi enim obligatio pretio estimabilis est, quæ mutuatum privat potestate emendi alibi &c. *Leffius Lib. 1. Cap. 20. D. 8. C. Lugo, Layman Lib. 3. Tract. 4. Cap. 16. Num. 3.*

Item si frumentum quod alibi habes mutuum de cum obligatione, ut reddatur vel hic vel alibi, ut plus valet, cum sumptu vel labore majori. Nisi forte Titulus aequivalens accedit, lucri cessantis, peculi, &c.

10. Si mutuo des, v.g. decem modios tritici, & interim per accidens crebat tritici premium, possim dem mensuram repeterem. Quia sic non petetur frumentum mutuum propter ejus premium, sed propter ipsam substantiam frumenti, cui eadem mensura et æqualis. *Layman, Bonacina.* Aliud est de modio dum ejus valor acrevit, quia in ea æquivalentia valut non substantia spectatur. *Layman, Bonacina, &c.*

Præter obligationem restitutionis, usuras et obnoxios poenias à jure constitutis Cap. quædam de Usura in 6. ut sit publicus sive notorius, non debet admitti ad communionem altaris, aut absolviri doceat. Usuras acte restitutae, vel cautionem pro iis præter, neque sepeliti in loco sacro, & qui sepeli ipso facto est excommunicatus. *Bonacina, Leffius, Trul. Layman &c.*

## C A P U T XII.

### §. I.

### *De Emptione, & Venditione.*

1. **E**mptio, est contractus quo premium pro iure solvitur: Venditio, quo premium pro iure accipitur. Utique contractus mercis tradizione complevit, & utriusque Justitia in æquali valore mercis pretii consistit.

2. Est contingat venditorem necessitate dictu res suas villus vendere, emptio tamen erit iusta. Quia nullo deceptus est venditor, & venditio illi mandibera: *Cajetanus, Bonacina &c.*

2. Emptor potest emere minoris ex eo iure, quod multa simul emat. Quia tunc venditorem exditum facit ad alia cœmenda, & liberat cum cor res illas servandi & vendendi.

4. Venditor communiter vendere debet eo prout quod vel à Lege, vel à Magistratu constitutum est, & si nullum premium sit statutum, illud aquam censabitur, quod à communi hominum estimante importunitur. Non constitit tamen illud premium in indubibili, sed dividitur in medium, infimum, & summum: in pium, moderatum, & rigorosum, ita ut redditio iusta sit intra hanc latitudinem, ut videatur modò infimo, modo summo pretio merces possit vendi.

5. Debet in æqualitate mercis cum pretio comparari labor, impensa, industria adhibita in merce comparanda, conservanda &c. Unde ex hac ratione cœsari possunt qui res minutæ, aut scenum, aut unam in hospitis charius vendunt, quam paucum in quantitate majori.

6. Illud genus Monopolii injustum est, quo merces